



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 16. Constantia, aliaque loca a Britanniæ Duce occupata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XVI.

Sæcul. XV.  
A. C. 1449.

*Constantia, aliaque loca a Britanniæ  
Duce occupata.*

Aliunde Regi nunciatum erat, quod Britanniæ Dux, comitantibus Connestabili, Loheaco Marescallo, Cotinio rei maritimæ Præfecto, aliisque Britanniæ ac Normanniæ Proceribus, Constantiam, S. Lautonis oppidum, Carentani-  
um, Guracum, plurimasque circumvici-  
nas arces oppido munitas occupaverit, Alesonii vero Cives rursum Ducem suum in urbem receperint, arxque obsidione cincta pactis conditionibus ad deditio-  
nem compulsa fuerit; eadem quoque sorte Gisortum a Senescallo Brezeo  
fuisse occupatum Rex inaudiit.

*Gurai.*

§. XVII.

*Rothomagenses ad urbis ditionem  
a Rege provocati.*

Rex tam læto victoriarum nuntio sti-  
mulatus, suarum copiarum delectum  
habuit, easque in aciem eduxit, bellum  
auspicaturus ab obsidione Castri - Gaillar-  
di, quod Andelii propugnaculum est Se-  
quannæ fluvio impendens, & sexta, se-  
ptimave leuca Rothomago dissitum.  
Occupaverat Carolus arcem evoluto non-  
dum sextæ hebdomadæ cursu, indeque

*Monstrelet.*  
*Vol. 3. c 19.*

*Jean Char-  
tier hist. de  
Charles VII.*

Q 5- Pontem